



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Edmundus Campianus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

liberâ veraque manu pru- *Oratio-*  
nas collegit, & illis caput,  
veluti rosis, coronans, ceci-  
nit: *Laudate Dominum, omnes*  
*gentes; Christianis interea*  
*IESVM & MARIAM cla-*  
*mantibus.*

*Respo.*

## DECEMBER.

P. Edmundus Campianus.

**R**omâ Brunam ad tiro-  
cinium missus, in Bo-  
hemia postea Rhetoricam  
Dialecticam, Physicam do-  
cuit. Rōmam redire iussus,  
missu Pontificis in Angliam  
profectus est pedes cū P. Ro-  
berto Personio anno 1580.  
Audiebatur cum lachrymis  
à Catholicis, etiam quando  
*Missificantes*, ut ipsi Sacer-  
dotes vocant, decreto pro-  
scripti sunt. Tunc decem- *Fides,*  
ra-

*Auglus.*

*Londini*

*1. Decembr.*

1581.

*etat. 41.*

*806. 8.*

rationes pro religione Cā-  
tholica scripsit solide, & la-  
tinè, quas nemo sapiens le-  
git qui non laudauerit. Mul-  
tis ille libellus ad orthodo-  
xā veritatem lux fuit, & fir-  
mamentum. Iudas Eliottus  
proditor infamis Edmundum  
tandem comprehensum 17.  
Iulij tradidit tribunali, adeò  
hilarem, ut in eo innocens  
illa lætitia, & facundiæ sua-  
uitas vel ipsis hostibus la-  
chrymas excusserit. Dispu-  
tationes acres, & clarâ Cā-  
piani vincentis gloriâ pera-  
ctæ. Auditâ capitî senten-  
tiâ, *Te Deum laudamus* pro-  
nunciauit, & populo palâm  
ostendit quanta sibi à Sena-  
tu & alijs promissa essent  
præmia, si à Catholica reli-  
gione descisceret. Vimini-  
cenis cratibus ad patibulum

raptatus , de plaustro ad populum , spectaculum factum sumus , inquit , mundo , Angelis , & hominibus . Appensus furca , & mox in quatuor partes leetus est , more Angliæ iam recepto . Fuit Campianus vir magnis ingenij , magnis virtutis , magnis tamen gloriose mortis laudibus celebratus . Aiunt , Alephi iudicis ijs audiendis quæ contra Campianum dicebatur intenti chirothecam vltro copioso sanguine manasse ; nullo in manu vulnere , dolore nullo , sanguinarij signum iudicij . Tamesis Londinum interfluens , tempore quo enecabatur Campianus , torpentibus vndis , præter morem immotus stetit . Græcij anno 1606. pro salute uxoris in partu labo-

ran-

rantis, Campianum, suum  
olim magistrum, implorauit  
vir nobilis; & coniux mox  
paruulum salua enixa est, ac  
nato Campiani nomen da-  
tum. Baronius in notis Mar-  
tyrologij Romani 29. Dec.  
de Anglicanis fidei heroibus  
præclarè loquitur, & parti-  
culatim de illis quos, inquit,  
*super Sancta Societas Iesu ve-*  
*luti agnas innoxios, in sacris*  
*septis, sanctis eruditionibus,*  
*acceptissimas Deo hostias sa-*  
*ginauit.* Videri potest lau-  
datus locus.

P. Alexander Ioannes

*Briantus.*

*Anglus.* Angelici oris, & eloquen-  
*eadem die* tix, Apostolici spiritus vir,  
*ibid.* post biennium Lōdini sacris  
laboribus impensum, anno  
1581. 28. Aprilis in carce-  
rem datus est, ibique fame  
in-